

Luc. xvij. Regnum dei intra vos est. Non est esca et potus. sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Non solum regnum dicitur esse in cordibus sanctorum quia deus in eis regnat cuius imperio in omnibus obediunt. sed etiam quia ipsi quodammodo regnant ad dei similitudinem. Omnia enim prospera et aduersa seruiunt eis et cooperantur in bonum. Seneca. Si vis omnia tibi subicere: subijce te rationi. Idem. si vis habere honorem magnum imperium dabo tibi impera tibi. Bern. non putet diuites seculi fratres christi possidere sola celestia. quia audiunt christum dicentem. Beati pauperes etiam possident et terrena. si deli homini totus mundus diuitiarum est. Plane totus quodammodo pro spera quam aduersa ipsius eque omnia seruiunt ei et cooperantur in bonum. Sap. xvij. Omnia transfigurata omnium nutritia gratie tue deseruiabant. Item virtus vel gratia premium est regni celestis. ad roma. vj. Gratia dei vita eterna Macrobius. quam sapientibus consentia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est premium. tamen illa diuina virtus stabiliora quedam premium genera desiderat. Virtus est premium quodammodo ipsius dei. Aug. in li. de ciuitate dei. Premium virtutis erat ipse qui virtutem dedit.

Comendatur virtus autoritate suorum doctorum. Ca. xj.

Virtus commendabilis est virtus autoritate saluatoris qui virtutem monet querere cum bona terrena consulari relinquere. Math. vj. Qui enim querit regnum dei et iusticiam eius etc. Math. xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus etc. Aug. cum ea que de laudat et promittit ab illo petitis. seare petite. illa enim deo proprio conceduntur qui autem petitis temporalia cum modo petite. et cum timore illi committite ut si prosint det. si sat obesse non det. quid ei obicit vel phit medicus nouit non egrotat. Amatores virtutis beatos predicat christus cum obreptores temporalium beatos dicat. Nat. v. bti pau. etc. Et in eodem bti qui elidunt et sitiunt iusticiam. quomodo ipsi